




11
VTILES QVAEDAM

Regulæ de praedicatione
Legis & cognitione Pec-
cati: additis Causis, cur
Essentia Originalis peccati explica-
da sit:

1606
PER MATTH. FL.
ILLYR.



U 125

ANNO D. M. LXXIII.

H 10

MAGISTERO
CHRISTI

Christus Matth. 12. & 15. testatur, cor hominis esse alias thesaurum omnis boni actualis, alias omnis mali: & Matt. 6. ac Luc. 11. eundem illum internum oculum (mentem) alias esse lucem, alias tenebras. Sic Moses quoq; & Prophetæ dicunt, cor hominis alias esse intelligens & integrum, alias excæcatum, lapideum ac distortum. Alij homines sunt filij Dei, & ex Deo nati, ac LVX, alijs filij dia- boli, & ex patre Diabolo, ac tenebrae. Idem, Adamus est transformatus ex optima arbore in pessimam, fœdumque cadauer: Et cōtra restitutus est in primam imaginem. Ea- dem mens hominis iam est renata, & delectatur lege Dei, seruitq; iusticiæ, iam est corrupta ac reproba, efferens sese armansq; hostiliter contra Deum, suaq; nefaria placita per hominem perficiens, Rom. 7. 2. Cor. 10. 11. Eph. 2. Col. 2. Eadem igitur planè illa summa vis & ratio Regina to- tius hominis, cum est rectè formata templumque & offi- cina Dei, vocatur imago Dei, lux & iusticia originalis ve- reque liberum arbitrium: Contra autem, cum est destru- ctissima & immundi spiritus lustrum officinaq; est imago satanæ tenebrae & iniusticia originalis, seruūq; & manceps satanæ arbitrium, tam prae in homine regnans & contra Deum furens: non autem aliqua noua operosaque potentia à solo Satana de inte- gro effecta & in hominem infusa, vt Manichæi & Accidentarij delirant,

ANNO D. M. LXXXII.



CAVSAE CVR ESSENTIA ORIGINALIS PECCATI EX- PLICANDA EST.

VL TÆ grauiſſimæq; cauſe ſunt, cur neceſſe fit ſciri,
quidnam uerè ac proprieſitatem illud originale peccatum, de
quo tam multa in ſacra ſcriptura & ſcriptoribus haben-
tur:

I. Quia oportet fontem primarium morbi agnoscī,
ſicuratio recte institui debet, nam ignorata primaria mali cauſa, uera
remedias non poſſunt apte utiliterq; accommodari aut applicari. Eſt au-
tem Originale illud malum radix, origo, & ſcaturigo omnium actua-
lium peccatorum, & porro etiam poenarum, ut & iſpum nomen eius te-
ſtatur.

II. Quia inde cognoscitur ingens magnitudo mali, miseriæq; no-
ſtræ, & ſimul etiam peccati, ſi intelligimus, non iſpam Effentiam aut
arborem per ſe bonam adhuc ſuperſitem eſſe, tantumq; aliquas aduen-
titias peregrinasque res, aut accidentia à Saſi hana effecta ei quæ iuſta-
(ut morbum, uulnus aut uenenum, toxicum aut philtrum, uel ſtercus Sa-
thanæ, ut Accidentarij nugantur) ita horribiliter contra Deum omnem
quæ pietatem ac honestatem tumultuari: ſed iſpammet Naturam Ef-
fentiamque, aut arborem noſtram ex optima forma in peſſimam inuer-
ſam eſſe aut degeneraſſe, ſicq; contra Deum furere, iuxta illud: Natura
iſpa, non Accidente, ſumus filij iræ, ſeu Natura iſpa per ſe nobis iram
poenaq; Dei meretur, Eph. 2.

III. Quia cum iſta controuerſia fit amplius 400. auiis agitatæ
a Sophiſtis, qui quidem etiam fundamentum Papisticarum abominatio-
num ſuper iſtud iſpum Pelagianum Accidens extruxerunt, & Lutherus
hoc iſpum fundamentum cum alijs pijs Doctoribus acerrime oppugnaue-
rit, neceſſe profeſſio eſt, nos iſtud hæreditarium certamen continuare,
ſi cœleſte depositum renouatæ doctrinæ fideliter retinere uolumus.

IV. Quia cum tota ſcriptura iubeat nos aſſidue cum iſto tanto
hoſte ſeu rege peccato ardentē & ſcienter corrigere, neceſſe profeſſio
eſt nos eum probè cognoscere, ne non cernentes tantum Antagoniſtam,

A 2 cunb

etum umbra nostra aut aere stulte frustraque depugnemus, et tantum peccatum nobis maneat non deletum aut expugnatum.

V. Quia si ignoramus, hanc ipsam nostram pessimam Essentiam seu ueterem Adamum esse uerè peccatum nunquam certè petemus eius condonationem aut despoliationem, ut Accidentarij ultrò de se profitetur iactantque se nō petere huius præsentis Essentiæ condonationem. Sic quæ nobis accidet, quod Christus de hac ipsa re agendo, Pharisæis Ioan. 9. minatnr, ut peccatum nostrum nobis maneat, et in nostris peccatis moriamur et pereamus: quæ sane est ingens cognoscendæ huius rei causa necessitasque.

VI. Quia cum tota Philosophia, inquit et omnis humana sapientia ac cogitatio admiretur istam suam dominam ac Reginam rationem, statuatque eam esse optimam et certissimam Ducem ad omnem ueram cognitionem, omneque bonum et officium: summo studio eam sectatur. Atque ita lucernam uerbi Dei pedibus nostris in istis tantiis tenebris propositam, ipsumque adeò Deum docentem et ducentem nos, mandantemque et prohibentem negligit. Sic totus mundus omnisque humana sapientia in scia sui summi mali alit uenenatissimam serpentem in sinu suo sectando quæ istam cœcam et Deo aduersam ducem ad omne malum, unâ cum eam Barathrum aeterni exitij præceps corruit.

VII. Quia si cognoscimus, istum nequissimum regem peccatum, aut cœcum cœci ductorem esse ipsummet illum internū oculum nostrum cœcum, uidelicet Mentem reprobam, Sensem Carnis, Cor, Thesaurum pessimum, Matth. 6. 12. 15. Luc. 11. Rom. 1. 8. 2. Cor. 4. 10. et 11. Eph. 2. Col. 2. et 3. Inde protinus intelligimus, etiam contrarium eius iusticiam originalem aut imaginem Dei initio fuisse illum ipsum internum oculum lucem fulgentem, omniaque recte cernentem, et toti homini ad Deum eiusque cultum ac uoluntatem, et ad summum bonum omneque officium infallibilem ducem, ut ibidem Christus docet. Sic igitur ex originali iniusticia imagineque Sathanæ recte cognita, etiam contrarium eius facile perspicere possumus.

VIII. Quia sicut splendidissima ista regina nostra ratio, quæ debebat esse sponsa aut etiam dilectissima filiola Dei, coepit statim in Paradiso in primis illis parætibus scortari cum Sathanâ, eumque potius quam Deum ipsiusque uerbum sequi: ita hodie quoque facere, et insuper irreconciliabile bellum cum ipso creatore gerere pergit. Agnoscendum igitur est,

est, ipsam esse fontem fontium omnium malorum, ut toties Lutherus inculcat: quo non faciamus, quod bonum est in oculis aut ratione nostra, & à Deo defiendo scortemur post cor & oculos nostros, ut Deus Nume. 15. & sc̄pissimè alias grauissimè probibet.

IX. Quia cum idem sit mentem nostram esse sua Essentia corruptissimam (quæ etiam Antagonistæ de nobilissima hominis Essentia consistunt) quod eam esse per se peccatum, Deoq; ac legi eius aduersissimam: quomodo talis res non esset coram Deo uerissimum peccatum. Cum uero negent iusticiam esse peccatum, reuera negant esse sua Essentia corruptissimam & depravatissimam. Res enim in iudicio Dei peccata est idē quod peccatum.

X. Quia cum in regeneratione propriè illud fermentum originale peccati sit expurgandum, mortificandum, & abolendum, illudq; opus Sathanæ per Christum destruendum, nisi statuamus ipsummet ueterem Adamum, carnem & cor lapideum esse istud peccatum, necessariò amittimus totam illam doctrinam infinites in scriptura à spiritu sancto inculcatam de exuendo ueterem Adamo, excidendo corde lapideo, crucifigenandaq; carne & similibus. Quod sine summa impietate nostroq; exitio fieri minimè potest.

XI. Quia donec non confitemur, ipsam Essentiam cordis mentisquam nostræ iam per se, & in se ipsa adeò esse corruptam & depravatam, Deoq; aduersam & abominabilem, ut sit etiam peccatum, sed dicimus, illam esse per se quidem optimam & legi Dei conformem, & tantum quoddam malum Accidens à Sathanæ effectum, esse causam, ut male agat, sicut Antitodium contendit: necessariò liberum arbitrium retinetur. Quomodo enim essentiales uires, intellectus, & uoluntas non essent bona, ubi tota Essentia est per se optima. Quomodo non optima arbor optimos fructus proferret?

XII. Quia si peccatum Originale (teste Deo & Paulo Gene. 4. Rom. 5. 6. 7. & 8.) efficacissimus fons & unica principalis causa actualium, est tantum prauum quoddam Accidens, à Sathanæ effectum, & homini infusum non autem ipsa Essentia, quæ per se suave natura non peccat: tum certè necesse est, ipsam Essentiam rationalem, Intellectum & uoluntatem per se bene agere.

XIII. Quia hinc ex isto accidentario errore necessariò sequitur, tum antea factam esse tantum quandam alterationem aut accidentariā

mutilationem, tum iam quoq; in renovatione fieri debere. Nempe sicut
antea solum abiit quoddam bonum Accidens iusticiæ originalis aut ima-
ginis Dei, & contrarium aduenit: ita uicissim nunc debere discedere pra-
uum Accidens iniusticiam Originalem aut imaginem Diaboli, & con-
trarium illud amissum Accidens reuerti.

XIII. Quia si istud præsens summum malum in homine non est
quiddam esse entiale seu quædam Essentia hominis, sequetur, etiam illud
primum bonum non fuisse quicquam esse entiale: atque ita illum spiritum
uitæ, ore diuino humano corpori inspiratum, non fuisse sua Essentia ue-
rè uiuum, ac intelligentem Spiritum seu oculum uidentem, cum e totum
hominem uiuificasse, sed fuisse tantum mortuum quandam brutumq; hæ-
litum. Verum ultra corpus & animam fuisse tertium quoddam acciden-
tarium bonum, quod isti optimam præstantissimamq; partem hominis esse
dicunt, quod fuerit uita & intelligentia, illoq; ipso esse tum illum Spiria-
tum, tum & totum hominem uiuificatum aut factum uiuum et intelligen-
tem: tametsi ista ratiocinatione nihil opus sit, cum isti diserte affirmet,
Vitam et Vires Sensusq; esse tantum accidentia, dicantq; quod licet ho-
mo sit nunc mortuus et cadaver, expers omnis sensus: tamen nihil de Es-
sentia ipsa perdidit. Ratiocinatio hæc est: Anima Essentiam reti-
nuit: Vitam & intelligentiam non retinuit: igitur anima non fuit sua
Essentia Spiritus uiuens ac intelligens.

XV. Dominus Amsdorpius P. M. olim diuinauerat aut potius
prophetauerat in suo iudicio de ista controværia, Satbanam per istum
errorem id omnino spectare & agere, ut filij Dei beneficia extenuet, con-
temptaq; reddat, & præsertim uti illam gloriosam essentialemq; regen-
erationem tollat, et relinquit tantum accidentariam quandam altera-
tionem: Id sanè isti iam ultrò diserteq; afferunt, clare negantes, quic-
quam essentiale antea perisse, aut contrarium successisse: aut omnino
quicquam substantiale in regeneratione condi in homine, & totam illam
nouam creaturam in Christo esse tantum quandam nouorum motuum et
accidentium suscitationem.

XVI. Quia aduersarius error corrumpt & tollit doctrinam si-
mul & beneficia sacrosancti Sacramenti Baptismi. Nam Paulus Rom.
6. testatur, Baptismum significare ueteris hominis sepulturam & noui
fuscitationem, & sic etiam in paruo Catechismo habetur. At isti diser-
te corrumpunt uerba Catechismi & totam istam doctrinam de ueteri
homine

homine deponendo, et nouo induendo, quod id totum sit tantum prauos
mores uitiaq; abijcere, et uirtutes ac bonos mores sejari, in Sletewerck
Ien. R. 4. Antid. 51. 53. in disput. Heßh. 87. Schop. H 4. Hoc qui-
dem inde necessario sequitur, quia si Originale peccatum & originalis
iusticia sunt tantum accidentia, tum sane uetus et nouus homo nihil sunt:
sed tantum mali mores in bonos mutandi indicantur. Sicut olim Philon
sophi, Pharisæi, & nunc Turcæ ac Iudei, omnesq; hypocritæ talem re-
generationem norunt ac docent, talemque regenerationem Nicodemus
ante Christi institutionem probè nouerat & docuerat.

XVII. Postremò, per istā doctrinam innumera illustria loca sacræ
scripturæ essentialissimis uerbis et sententijs originalem iusticiam et pec-
catum describentia planè irrita falsaq;, ant certè inepta & hyperbolica
esse necessariò statuentur. Quid enim magis ineptum aut etiam impos-
itorum fieri potest, quam substantiam ipsam, optimam scilicet creatu-
ram Dei tantopere accusare & insectari, & dito ut rem pessimam fon-
temq; omnis mali omnibus ostentare, cum solummodo quoddam Acciden-
tium opus Sathanæ monstrandum accusandumq; esset.

XVIII. Summa quoties fermè Prophetæ, Christus, & Aposto-
li de peccato cum Iudeis & hypocritis disputatione, plerunq; Hypocritæ
esse tetenderunt ut ipsam quidam hominis Essentiam per se bonam esse
statuerint, malitiam uero omnem tantum quiddam ac, efforium, pere-
grimum & aduentitium esse contenderint. Contra uero Spiritus S. sem-
per arguit ipsum cor cœcum, peruersum, induratum, lapideum, adamani-
tum, & thesaurum omnis mali, Mentem cœcam, peruersam, ueterem
hominem, carnem, sensum carnis, corpus peccati et mortis, Imaginem A-
damiterreni, in qua nos ille corruptissimus pater genuit, ceruicem durā,
neruum ferreum, dicitq; ipse met, homines esse semen serpentis Deo ini-
micum, & à filio Dei conterendum destruendumq; genimen uipere, plan-
tationesq; & filios Diaboli, ac ex patre Diacolo, sepulchra dealbata,
semen malignantium, filios Belial, degeneres arbores & uites, labrus-
cas, & uenenatissimas uites Sodomæ, Basiliscos, Scorpiones, Serpentes,
& alias immundas bestias, quas pijs debellare debent, ut est in Prophetis et
Euangelio, & Act. 10. in uistione Petri: Rectissimè profecto applica-
re possis ad istam questionem, An illud primarium præcipueq; tollendum
malum sit Essentia uel Accidens, illud Dei dictum Ioel. 2. Scindite
corda uestra & non uestimenta uestra, nempe tantum Accidētia uestra

Vt il-



Ut illud Christi, Hypocritæ, lauate quod intus est, nempe cor plenum rapina seu rapax: transformata, ne sit amplius rapax & prauum.

Talia sunt et illa, Facite uobis cor nouum: Exuite ueterem hominem: Crucifigite carnem: Abolete & sepelite corpus peccati & mortis. Nam non aliena, seu accessoria, quæ intrant, uos contaminant sed cor uestrum cum suis peccatis fructibus, Summa, Deus est Spiritus aut mens sanctissima, uultque sibi seruiri ipso Spiritu aut mente optimè formata, sibique conformi, tanquam summa quadam sibiisque acceptissima iusticia: & non quopiam Accidente, & contra maximè detestatur mentem Spiritumque sibi inconformem & aduersum, tanquam summum quoddam peccatum: & non detestatur peregrinum quodpiam aduentitiumque Accidens. Semper, in quam, ille potissimum respicit in ipsum cor mentemque rectam aut peruersam, tanquam summum bonum aut malum, fontemque omnis boni aut mali Actualis.

Quo igitur uerus sensus legis cognitione peccati haberi contra imposturas Papistarum, Sophistarum & praesentium Pelagianorum posuit, secutus Christum glossas. Pharisæorum à lege abolentem, eamque accentem & polientem, iuxta mandatum Dei, Deut. 6. Aliquot Regulas hic congesisti: quæ liquidò ostendunt, Deum primario ipsam Essentiam, & quidem nobilissimam arguere, ut summum maximeque Deo abominabile & aduersum malum, uerissimumque peccatum: & iubere tollere ipsum cor lapideum distortumque, tanquam thesaurum aut fontem omnis actualis peccati, quod est ipsissimum originale peccatum. Sic & Christus ipse Matthæi 5. & passim in suis concionibus regulas ueri intellectus legis & peccati contra glossulas Pharisæorum proposuit, semper monstrando Deum & legem ante omnia flagitare ipsum cor sincerum rectumque & damnare istud praescus peruersissimum cor, ut summum malum aut peccatum & fontem omnis actualis peccatio.

V T I L E S

VTILES REGVLAE DE IN-
DI CATIONE ET COGNITIO-
ne peccati.

MATT. 22. Erratis non intelligentes Scripturas & poten-
tiam, seu etiam potens iudicium Dei. Quandocunq; Deus in scri-
ptura aliquid hominis accusat, ut actionem, passionem, omissionem,
seu cessationem, sermonem, cogitationem, inclinationem, habitum, ali-
amue Qualitatem aut omnino Accidens quodcunq; uel deniq; Substan-
tiam: etiam si non ut atur uoce peccati, tamen semper illa ipsa accusatione
testatur illud esse peccatum.

Hæc sententia aut axioma, tanquam quoddam principium Theolo-
gicum, omnibus debebat esse notissima. Moralia namq; DEV S mala,
(non ut homines) damnosa & insuauia solet accusare. Morale uero ma-
lum, idem est, quod peccatum seu iniusticia. Idem igitur prorsus est Deo
ac legi accusanti, Malum, aut res mala, quod peccatum. Dico autem,
uerum peccatum, non fictitium de re ob aliquod accidēs rea, ut nunc iste
sophisticantur.

Nititur hæc Regula etiam illa Apostolica definitione peccati, Quic-
quid est in conforme legi Dei, est peccatum: quæ summopere cum ab a-
lijs omnibus, tum etiam ab ipsis Antagonistis inculcata est. Ob hoc enim
ipsum scriptura tantopere aliquid accusat, damnat, & arguit: quo nos
credamus & sciamus, esse rem, Deum offendentem, legi q; Dei aduersam
seu uerum peccatum aut malum morale.

Quandocunque igitur Deus, aut Lex accusando testatur aliquid
esse malum, Deo displicens et aduersum, pronunciat esse peccatum. Aut
si id ita non est, unde tandem sciemos, quid à Deo accusatum, sit aut
non sit peccatum? Quomodo tandem erit per legem cognitio peccatis?
Nam scriptura raro dicit expreßè, hoc aut illud est peccatum: tantum-
modo id alioqui accusat & uituperat, Deoq; esse aduersum & displices
testatur.

Omnis mala actio, passio, omissione, aut defectus, malus motus, sermo
aut cogitatio mala, inclinatio, & omnino omne malum Accidens, est
peccatum, cur non etiam mala uel potius pessima Essentia ueteris Ada-
mi, & cordis peruersissimi: quæ quidem Essentia flagitante Deo omniū

B optime

optimè esse deberet: & antea ita à Deo fuit formatus, ut esset uia ipsius
imago, copiosissimaq; officina, thesaurus, & fons omnis boni: nunc uero est
ita transformata, ut sit imago Satanæ, copiosissimaq; officina, thesaurus,
& fons uberrimus omnis mali, teste Christo.

Iam constat, Deum sèpius & longe acrius pàssim in tota scriptura
arguere, & accusare directe, & sine omni mali accidentis inhabitan-
tis reprehensione aut indicatione, hanc ipsam uenenatissimam arborem
aut Essentiam nostri ueteris Adami & cordis ac mentis peruersissimæ,
ut rem pèssimam, Deoq; ac legi eius in conformissimam, adhèc ut præci-
puum quendam fontem ac thesaurum omnis mali actualis, quam ullos no-
stros prauos fructus, effectus aut motus: imò Deus etiam mortificari, ab-
oleri, crucifigi, sepeliri, & longissimè ex suis oculis amoueri eam seuerissi-
mè iubet, ut rem fibi extremè exosam & abominabilem. Ipsam, in-
quam, degenerem arborem aut peruersissimam Essentiam, præseri im-
autem nobilissimam, non aliqua eius Accidentia, expresse & grauißimè
accusat in scriptura Spiritus sanctus.

Cur ergo non credimus Deo toties testanti, hanc ipsam extremè de-
generem arborem, labruscam, aut uitem Sodomæ, nempe nostram uete-
ris, terrenique Adami Essentialē imaginem aut formam, (in qua su-
mus ab Adamo geniti, Gen. 3. i. Corinth. 15) esse rem malam, Deoquè
aduersam, imò etiam thesaurum, & sentiam, originemq; omnis mali,
atque ita uerissimum peccatum: & quidem illud principale aut radica-
le scaturibileq; peccatum, unde omnia alia peccata malaq; oriuntur:
sed potius fculneas glossularum & elusionum palliationes excogitamus,
quibus foeditissimum istum Adamum Naturamq; contegamus & excuse-
us, cum contra Schmalcaldica Synodus grauißimè damnet istas sophi-
sticas subtilescè distractiones, quid sit aut non sit peccatum.

Quare cum infinites scriptura, aut Doctores uel concionatores di-
cunt, inculcant, testanturque, hominis naturam, carnem, Essentialē
esse rem malam, imò etiam pèssimam, tum simul dicunt esse peccatum.
Accusant enim illi tantum malum morale: quod quidem est idem quod
peccatum: quod est diligenter obseruandum ac exponendum.

Quapropter, si modo rectè intelligimus & attendimus, quid uel scri-
ptura, uel Scriptores sinceri legem concionando, et arguendo monstran-
doquè peccatum dicant: tum sane ista ipsa Doctrina, quod originale pec-
catum sit ista corruptissima natura aut imago ueteris Adami, adeò non
est no-



est noua, ut nihil sit fuerit quæ hactenus ea usitatus. Sed profecto multi docentes & audientes accusant Naturam & Essentiam hominis, audiunt quæ eam è scriptura accusari: neq; tamen uel semel expendunt, quidnam dicatur.

Verum coguntur concedere sèpè etiam Antagonistæ, Essentiam hominis esse peccatum sed id mox sophismate iuncto eludunt, dicunt eam uocem notare rem præuo quodam accidente contaminatam, ut si Turcicus aut gentilis iudex uel carnifex concederet, furem aut homicidam esse suis facinoribus pollutum ac reum: Tantum scilicet mysterium isti nobis de naturæ humanae peruersitate patefaciunt. Non uolunt, Essentiam corrupti hominis uerè esse peccatum: seu propriè aut uerè sic dicunt, quodquæ sua prava natura Deum offendat, id est, uolunt esse peccatum non peccatum, seu fictitium peccatum. Verum scriptura et Scriptores loquuntur de uero, non commentitio peccato, ut omnes docti & hi Igus hactenus communiter istam uocem intellexerunt?

Quod si debet Accidentariorum sophistica Regula ualere: quod cum Deus aut scriptura aliquid simplicissimè loquendo & pronunciando accusat, quantumvis id crebro & uebementissimis uerbis faciat, disertissimeque ac quasi digito protenso monstrat, quid sit id, quod illi tantopere displiceat: tamen nos omnia illa dicta secundum QVID intelligere debeamus, non de illa ipsa expreßè accusata re, sed de quoipiam fictio Accidente, illis rebus secundum ipsorum somnia inhærente aut illicito: tum sanè ego non uideo, quomodo posthac erit per legem cognitio peccati, aut etiam quomodo ulla omnino certa cognitio ullius peccati, aut pronus ullus certus sensus Scripturæ haberri poterit indubitanter.

Cum enim semel licebit ab expressis uerbis Dei discedere ad hominum figura, tum diuinabit aliis per suum secundum quid aliud Accidens. Imò etiam unus & idem (ut hominibus humanæ incertæ fluctuant) modo hoc, modo aliud secundum QVID, & suum Accidens somniabit & diuinabit: uti solet exundatio semel perrupto aggere latissime uagari & exundare.

Faceret sane etiam scriptura ita (monstrando bonam substantiam pro Accidente malo aut peccato) docens & loquens perinde inceptè, uel potius seduceret homines, ac si medicus, cum deberet accusare & oppugnare morbum uel cruditates aliosue præuæ humores in corpore & Essentia hærentes, ille ipsam Essentiam, naturamquæ accusaret, perdique

B 2 ac de-

ac destrui iuberet, sicut scriptura toties mortificationem et abolitionem
huius Adami et carnis seuerissime inculcat urgetq;. Sic quoq; Christus
Nicodemum praeue suis hyperbolis locutionibus scandalizasset, inse-
stando carnem et naturam ipsam, iubendoq; eam per regenerationem
mutare et transformare, cum debuisset tantum aliquorum separabi-
lum accidentium uitiorumque alterationem et prauarum inclinatio-
num amotionem exigere, sicut isti suum ueterem et nouum hominem tan-
tum de uitjs uirtutibusque exponunt, quod ille et facile intellexisset et
pleno assensu comprobasset.

Ego quidem non possum intelligere, quid aliud sit aut omnino signifi-
cet dictum Pauli: Per legem est cognitio peccati, Rom. 3. et 7. quam
quod omne id sit peccatum, quod lex Dei aut Scriptura accusat, ut ma-
lum, aut etiam prohibet. Sicut nostrum ueterem Adamum, carnem,
corpus peccati, et corpus peruersum lapideumque accusat, amouerique,
crucifigi, mortificari et aboleri toties, tamque seueriter et minaciter
mandat.

Quando lex aut Deus accusans dicit, (ut protinus initio in illis pri-
mis poenitentiae concionibus fecit,) Tu es mortuus spiritualiter aut cas-
dauer, Genes. 2. 3. Tu ipse es semen serpantis, inimicum Deo et con-
terendum: Tu es nudus spiritualiter: Tu es maledictus: Tu me fugis
et horres ex intimo corde, ut meus naturalis hostis: Tu abscondis et oc-
cultas tuam fœlam Essentiam, cuius nunc te pudet ac piget, cum an-
te illa a me esset optimè formata. Tu es puluis seu terra, cum antea
esses Spiritus uerae uitæ, mihi spiritui creatori conformis, Gen. 3. Adam
nun cōtentus esse imago nostra, arbitratus est rapinam, uoluitq; pror
sus nobis fieri æqualis: nunc nec similis quidem amplius nobis est. Habet
longè aliam imaginem, per suam ruinam mortemq; partam, et in omnes
posteros gignendo propagandam, quam ea fuit, in qua nos eum effigia-
vimus, Genes. 3. 5. Tu es caro, Gen. 6. Tuum cor est prauum, et sem-
per naturaliter in mala ruens, Gen. 6. 8. Hæc, inquam, cum Deus ibi
accusando Adamo dicit, multò profectò magis dicit: Tua ista pessima
Essentia est peccatum: quam cum dicit, Tu comedisti de arbore uicti:
Igitur peccasti, aut, tua illa actio est peccatum.

Illi quoque hæc Regula est uerissima, quod quoties Deus aut lex no-
stra actualia peccata accusat, aut etiam prava opera prohibet, et bona
opera mandat: toties ipsam intimam Essentiam arboris nostræ, corq; ac
prauam

praudam mentem nostram accusat, iuxta Regulam Christi, qui toties
urget, ut ex effectis (iuxta methodicam Regulam: Ex notioribus igno-
tiora discenda sunt) causam, & ex prauis nostris fructibus nostram pes-
simam arborem aut Essentiam, thesaurumq; cordis per Analysis co-
gnoscamus.

Lutherus pulchre in expositione Decalogi docet, quod eo ipso, quod
DEVS prohibet, ne colamus idola, ne abutamur eius nomine, occi-
damus, adulteremus, furemur, aut peieremus: semper testetur, nos es-
se natura tales, nostrumque cor ac mentem, tanquam pessimam arbo-
rem, sua natura procluem esse ad omne malum. Alioqui sanè tam firma
repagula, et tā dura frena nobis imponi, nihil planè opus esset. Nam etiā
in communi uita, si quis hospiti diceret: uide ne quid mihi fureris, mox
ille iratus responderet: Tu igitur putas me furem aut furacem esse.

Hoc sanè est, quod dicitur, Lex iniustis esse posita: Nam qui uere
ac Essentia ipsa iusti sunt, illi sibimet sunt lex, habent opus legis in cor-
de suo scriptum, & natura sponteque faciunt quæ legis sunt, eoquè lege
externa, cœu Pædagogo minace, non indigent, quæ ipsos regat & co-
erceat, Rom. 2. 1. Timoth. 1.

Sic Deus in toto Decalogo seuerissimè ac cum tantis minis, promissio-
nibus, adhortationibus, & obiurgationibus præcipiens bona opera ac
uirtutes prohibensque uitia, ac ueluti importunè nostram obedientiam
flagitans, eo ipso primum quidem nostra actualia peccata arguit & mon-
strat: postea, illis patefactis & exaggeratis, insuper etiam clamat, to-
tam nostram arborem, illos tām prauos fructus tam promptè copioseque
ferentem, aut etiam instar cloacæ cuiusdam effudentem esse longè pes-
simam, sibique inconformissimam, & ad omne malum præcipitem: eoq;
esse illud scaturibile et radicale malum aut peccatum unde omnia alia
ubertim profluant. Cum Deus Isa. 59. dicit, omnium hominum studia
& conatus esse uel telas aranearum, hoc est, res ludicras & nullius mo-
menti: aut oua basilisci, hoc est, res pernicioſissimas & pestilentissimas
tuic per effectus simul testatur, nos ipsos esse uenenatissimas araneas &
atrocissimos basiliscos. Quare lex Dei seuerissime flagitando nostram ob-
edientiam, & accusando inobedientiam, non tantum docet nos, quid
sint nostra actualia peccata: sed etiam, quid sit illud origmale, nempe
esse illam ipsam nobilissimam Essentiam aut arborem Adamicæ imagi-
nis, unde isti tām praui fructus profluant aut exoriantur.

Porrò cum etiam Deus aut lex eius ex professo, & directè uult nobis nostrum originale peccatum monstrare seu nos, quid sit illud regnans peccatum, quod omnia actualia in nobis suscitat, & cui potissimum resistere debeamus, docere: tunc ipsam nostram Substantiam, præsertim autem nobiliissimam, Essentiam, Cor, Mentem aut Rationem ut rem sibi aduersam & simul fontem omnium actualium peccatorum grauiissime accusat: quasi clarè expressisque uerbis diceret: Tuum illud originale & in te regnans peccatum. aliaq; omnia efficiens, quod mundo ignotum est, & de quo omnino te, omnesque homines præcipue rectè doceri oportet, est ipsumm cor & ratio tua, tuusquè ille uetus Adam, seu tua illa Adamica imago, in qua ille tuus pater Adamus iam trucidatus inuersusquè te genuit: Tuq; ipsum, & non amplius Deum, primum illum formatorem, qui hominem in sua imagine effigiarat, representas.

Hac igitur ratione est, aut fieri debet per legem cognitio peccati, communis actualis, tum præsertim illius originalis. Et hoc sanè modo debemus tum scripture, ac Spiritus sancti mundum arguentis, conciones de peccati agnitione, tum & nos ipsos examinare & dijudicare, ne cum Phariseis alijsquè Hypocritis nostrum horrendum ueterem Adamum ignorantes, ac nec condonationem, nec detractionem aut mortificationē abolitionemq; eius à Deo petentes, tantum peccatum nobis (uerè nefarij illius serpentis caput in sinu nostro aletibus) maneat, inq; eo moriamur. & in æternum pereamus.

SECVNDA PARS.

HA CTENVS quasdam Regulas ac Leges de indicatione seu patefactione peccati proposui, declaraui, & confirmaui. Iam hanc ipsam doctrinam in aliquot propositiones diducam & euoluam, ut tanto aptius eius usus haberi queat.

I. Fundamentum uero est totius doctrinæ legis & patefactionis iusticie ac iniusticie illa Apostolica sententia, exprimens tum scopum usumquè totius legis, tum & definitionem peccatorum in genere, quod omne id, quod normæ legis iusticiaquè Dei non congruit, sit peccatum, quicquid id demum sit in rationali creatura, siue actio, siue passio, siue omisio aut defectus, siue quodcunq; demum accidens aut deniq; substantia. Hæc sententia ut uerissima est, ita fixa, stabilis, immotaq; ab omnibus.

bus p̄ijs habetur. Nam ob id ipsum est aliquid peccatum, quia à natura
iusticiæ diuinæ discrepat: & ubi prorsus non est Lex, ibi nec peccatum,
teste Paulo & ipsa rei natura aut ratione.

II. Spiritus S. arguens in Scriptura mundum seu hominē de pecca-
to, clare exprimit, quidnam in eo ut malum aut peccatum accuset, ar-
guat, & redarguat. Arguit igitur ipse eum de prauis effectis, omissionis
nibus & passionibus: deq; sermonibus & cogitationibus: Arguit etiā eum
de prauis qualitatibus uitiosisq; habitibus ac inclinationibus, & denique
de ipsamet praua arbore seu Essentia, nempe, de pessimo lapideoq; cor-
de, carne, corrupta cœcaq; mente & ueteri Adamo aut homine. Sic ille
homini demonstrat, quænam sint illa mala aut peccata, quibus Deus tan-
topere offendatur, quæq; hominem filium iræ seu dignum ira Dei effi-
cient, nempe, ipsammet arborem cum omnibus suis fructibus. Non enim
tantum nostris operibus uitiosisq; & accidentibus, sed etiam ipsamet Na-
tura sumus filii iræ Dei, teste Paulo, seu ipsamet natura nobis iram
Dei conciliat.

III. Quicquid Deus in Scriptura accusat, ut malum, id testatur
esse peccatum, etiam si hoc ipso nomine id non nominet. Quod cum cer-
tissimum, nulliq; dubitatum sit in Dei reprehensione hominis actionum,
passionum, omissionum, & qualitatum, siue innatarum, siue accessita-
rum: cur non etiam uerum esset in ipsa Essentia hominis, toties tamquæ
grauiissimè à Deo accusata? Cur quoque iure in reprehensione Essentia-
lium malorum, seu arboris ipsius alius sensus diuinarum legisque accu-
sationum, quam in accidentibus configitur? Cur inquam res uiliores,
Accidentia à Deo accusata, censemur peccata: Essentia uero res præ-
cipua, ea que quæ maximè Deo conformis esse debebat, multoq; grauius
ab eodem defecit disidet & damnatur, non haberetur pro peccato
Luthero quidem & Schmalcaldicis articulis idem planè est, naturam
esse prorsus corruptam & malam, quod esse peccatum: quod multis ex-
emplis probari potest.

IV. Quoties Deus aut Lex accusat monstratq; actualia pecca-
ta, toties ipsum quoq; originale, tanquam fontem eorum accusat & ostē-
dit. Nam accusando fructus admonet, ut simul per Analysis cogite-
mus, ratiocinemurq; ipsam nostram arborem Essentiamq; aut thesa-
rum, unde illi tam praui fructus profluant, esse longè pessimam, atq; adeo
ipsammet originale peccatum, iuxta illam Physicam saepiusq; repetitam

Christi



Christi Regulam: Ex fructibus, tanquam rebus nobis notissimis, cognoscitur arbor, et omnis causa ex suis effectis.

Inde ergo uult Deus nos anaduertere, quod simus tribuli, spinæ, Zizania, plantationes Satanae, labruscæ, semen serpentis, aut genimen uiperæ, filij Diaboli, et ex patre Diabolo, et uites Sodomiticæ, hoc est, res extreme à Deo eiusq; lege alienæ, ei inconformes, aduersæ ac abominabiles et exosæ, seu uerissimum et summum peccatum.

V. Quoties Deus aut eius lex, uel exigit ac præcipit seueriter homini bona opera et virtutes, uel prohibet mala opera: toties testatur, ipsam eius arborē aut Essentiam esse pessimam, seu esse illud ipsum originale malum, unde cætera proueniant. Testatur enim eo ipso, hominem eiusq; nobilissimas uires, Rationem et alias non esse amplius ita bonam arborem, ut sponte sua, ipsaq; natura bonum faciat et malum refugiat. Alioqui si Natura ipsa seu Regina ratio, per se optima Dux ad omne officium esset, profectò externo legis imperio coactioneq; minimè indigeremus, quod etiam Cic. Tuscul. 3. confitetur. Lex enim uerè naturaq; ipsa iudicis positæ non est 1. Tim. 1. Illi sunt sibi met lex, et habent opus legis in corde suo inscriptum, Rom. 2:

Externa ergo lex Iusticiæ in literis uoceq; et poenitenta cum uehemetia et instantia à Deo proposita, testatur in corde aut anima legem uiuam coessentialiæq; non existere, seu non adesse illum Spiritum uera uitæ in columem, seu illum internum oculum uidentem aut cor intelligens: ut toties Spiritus S. in scripturis queritur. Externus iste magister mos rum uitæq; tam importunè imperitans et accusans, et istum rudem indocilemq; puerum et (ut uulgò dicitur) Bachantum ubiq; regens ac pædagogizans, hoc ipso facto abundè testatur, illum internum magistrum aut Regem, rationem seu mentem olim à Deo homini pro Rege Duceq; inditum non posse bene istum hominem aut domum suam regere.

VI. Summa legis totius est, teste Mose et Christo, Dilige Deum ex toto corde, iota anima, tota mente, et omnibus viribus, &c. Hoc igitur mandatum proponens Deus, non tantum illum quasi fructum obedientiae, actionum, aut uirtutum, dilectionisque, ut sibi debitum exigit: sed etiam flagitat ante omnia ipsam illam suam, sibiq; debitam arborem, uitem, uineam aut radicem, sua olim manu in Paradiſo plantatam, unde illi fructus felicissime uberrimeq; prodire deberet, nēpe Cor, Animam, Mentem, et omnes uires sibi conformati: ac si diceret, sit

tua

euia Mens, Anima, Cor, omnesq; uires ita bene formata ac effigiatas
mihiq; conformis, sicut ego eam initio mihi ad omne obsequium idonea,
promptam, fructuosaq; magna sapientia ac diligentia creavi.

VII. Neq; solum id, dicit agitq; Deus, sed etiam tantum præceptum tā
seueriter proponendo ac flagitando, uult tum intellectum, tum & uolu-
tatem hominis, ut peruersissimam redarguere ac dicere, Primum tua
Mens ac Ratio, seu internus ille oculus adeo est cœcus, ut nec me suum
creatorē ac principale obiectum, nec etiam suum primarium bonum aut
officium, opusquè nouerit. Alioqui certè non oporteret me te tām sedu-
lō imperiosequè de hisce tām tibi proprijs necessarijsque operibus ac re-
bus docere. Si ille internus tuus oculus uerum uisum, uti à me initio crea-
tus fuit, haberet, tot externis ductoribus tamq; cœco adhibitis, profecto
non indigeret. Deinde tua quoq; uoluntas & cor est adeo sua natura per-
uersum, & à me suo creatore, præcipuo obiecto, summoq; suo bono & one-
ni suo officio auersum: ut nihil minus uelit possitquè sua sponte agere,
quam me suum creatorem & summum bonum diligere ac seclari: Id si
non ita esset, non profecto necesse foret, me istud ei tām instanter & se-
ueriter, adiectis insuper tot minis & promissionibus, adhortationibus &
obiurgationibus, mandare ac perpetuo inculcare, & ab eo flagitare. Bo-
nus enim debitor seuero ex actore non indiget, sed tantum malus ac per-
fidus. Quim etiam amplius mali adest: Nam tua mens tota ruit summa
impetu in errores & idolatriam, inquè odium mei & proximi. Alioqui
non sane opus foret, id ei à me tantopere prohiberi.

VIII. Quando Lex dicit Paulo, Non concupiscas, non solum do-
cet, actus, opera, & effectus, ac quasuis inclinationes cupiditatum &
commonitionum contra Deum, eius legem & proximum, esse peccata;
sed etiam affirmat, ipsius Pauli arborem naturam aut Essentiam, Cor
& Mentem, sua iam prava natura totam ruere in omnes pessimos affe-
ctus & cupiditates, suaquè intima indole aut ingenio esse feracissimam
istorum pessorum fructum: sicut præclarè Apologia testatur, idip-
sum esse istam originalem concupiscentiam, quod iam omnes nostræ ui-
res, Mens, Cor, ac sensus perpetuò naturaliterque contra Deum stent
aut militent. Imò & hoc dicit, Paule, tuus creator est Spiritus, & eius
norma iusticie est spiritualis. Sis ergo tu quoq; spiritualis, Deoque & e-
ius norma iusticie conformis. Deniq; etiam dicit, Tu es carnalis, &
caro ex carne nata, eoquè Deo et eius legi inconformis ac uerissimum pec-
catum, Rom. 7, Gen: 6.

C

IX. Quod

IX. Quod si quis etiam diligenter rem expendat, longe profectus est, aliquem dici naturalem peccatorem, seu à natura ipsa peccatum, quam simpliciter peccatum. Peccata enim alia alijs maiora sunt, et unum quoque peccatum innumeris minus est, possuntque peccata sine veterioribus promulgatis existere. At cum quis accusatur, quod naturaliter peccet seu sit à natura peccator: omnino indicatur, cum esse sua natura ac Essentia, ueluti quandam sentimam, thesaurum, originem, et scatulam uberrimam, radicemque et arborem fœcundissimam, aut etiam Cloacam infinitorum peccatorum. Nota et usitata est sententia: quod causa sit multò maior ac potentior suo effectu: Et, propter quod unum quodque est tale, illud est multò magis tale: sicut etiam Spiritus S. saepè in scriptura argumentatur, quod is qui fecit auditum, uisum aut uitam, multò magis suis creaturis uiuat, audiat et uideat. Quare dici aliquid esse sentimam, thesaurum aut fontem omnium actualium peccatorum, atque ita peccatorem (ut de Essentia hominis, et quidem nobilissima, saepissime in scriptura dicitur) multò certe maius est, quam simpliciter tantum dici ac esse peccatum. Profecto res ipsa id euidentissime testatur, quod si fructus alicuius arboris sunt bonum, aut etiam malum aliquod, multò maius bonum aut malum ipsa arbor, eos fructus largiter proferens, censi debeat. Quare quidam dicentes, Hoc est peccator, sed non peccatum, nesciunt quid garriant.

X. Quoties igitur actualia peccata accusantur, simul originales arguitur, quia nullus fructus est in actu, cuius non adsit radix aut proxima potentia in arbo, Deus etiam scrutator cordium cernit ac detestatur nostra mala opera aut fructus in ipsa prava arbo aut corde, seu in ipsa (utiloquuntur) potentia summaque ad omne malum pronitate: ideo etiam dicit Christus, Cor uestrum rapina plenum est, id est, rapax. Sic multa peccata actualia obiciuntur Iudeis, Rom. 2. que tamen illi facta ipso non patrabantur. Sic Decalogus ex fructibus per Analysin docet agnoscere arborē. Sic Augustinæ confessionis definitio originalis peccati per actualia uerba, teste Apologia, monstrat et accusat ipsas animæ uires aut Potentias peruersas, nihil boni, sed tantum mala proferentes, testanturque eas esse illud malum, unde omnia alia oriantur, quod originales peccatum nominamus.

XI. Verum sicut Papistæ olim ex uocibus aliquid actuali sonantibus, per quæ Confessio sic uoluit monstrare ipsas potentias Essentiales aut

les aut arborem, unde illi passionis fructus exoriantur, arripuerunt occasio-
nem exagitandi confessionem: ita omnino Hypocritæ scripturæ locu-
tiones actualia peccata tantopere prohibentes, & bona opera aut virtus
tem mandantes, nunquam uoluerunt intelligere, uel maximè monstrarare,
exigere, aut prohibere ipsam bonam aut malam arborem, Essentiam uel
Naturam. Sic & hodie earundem occasione Accidentarij à ueritate los-
gisti me aberrant, & alios seducunt.

XII. Quandoq; unius alicuius hominis aut gentis improbitas
aut prava Natura arguitur aut describitur, omnium describitur. Om-
nium enim hominum est eadem ratio aut ingenium, sicut Dominus dicit,
Omnes gentes habere præputium incircumcisum, sed Israelitas habere
cor incircumcisum, Iere. 9. & matrem Israelitarum Hætæam, patrem
uerò esse Aemorrhæum. Omnium enim hominum idem est uetus Adam,
idem cor peruersum. Huc referatur & illud: Quod uobis dixi, om-
nibus dixi. Idem quoq; iudicium Dei est de omnium hominum natura.

XIII. Quando Deus accusat ipsum Cor aut Mentem, Essentia-
tiamq; nostram, docetque esse malum quoddam, & quidem illud ipsum
summum ac originarium malum, unde omnia actualia oriuntur: Sicut
etiam Cainum docuit: tum omnino ueluti digito monstrat homini, quid-
nam sit eius originale malum: cum quo ei præcipue pugnandum est, & de
quo conteri & conterreri dolereq; debeat. Et deniq; cuius condonatio-
nem, seu confectionem, & non imputationem, simul & amolitionem per
regenerationem perpetuò per Christum flagitare cogatur: si non uult
ignorata sua illa tām prava arbore aut ueteri Adamo, in isto tanto pec-
cato mori ac perire, Ioan. 9.

XIV. Quicquid Deus probat, præcipit, ac exigit: testatur pro-
fectò esse iusticiam quandam: Et uicissim quod improbat, reijcit ac pro-
hibet, testatur esse iniusticiam aut peccatum. Hæc enim bona ille exigit
& mala reijcit. Probat uero ille, exigit, ac præcipit ante omnia ueber-
mentissimeq; Cor spirituale, Mensem sibi conformem, & Spiritum ue-
rae uitæ à se inspiratum, sibiq; similem, hominemq; nouum seu nouane
creaturam. Ergo hæc ipsa sunt coram Deo summa quedam, ipsiq; gra-
tissima iusticia. Et contra idem summè prohibet ac reijcit, detestaturq;
cor istud lapideum, peruersumq; carnem, ueterem hominem, corpus pec-
cati ac mortis, totumq; sensum carnis, internum illum oculum aut men-
tem coecam, totum istum fœdum Adamum, mentem illi aduersam, sequē-

C 2 400

contra ipsum efferentem, totam istam degenerem arborem aut uitam, fœdamq; massam fœtidi fermenti, & deniq; naturam ipsam, nos ira eius onerantem, aut filios iræ Dei facientem. Quare hæc ipsa sunt summa quædam, & Deo maximè abominabilis iniusticia aut peccatum: cum autem nequeant esse actuale peccatum, necessariò sunt originale. Quo etiā uehementissimè facit, quod Deus ista ipsa perpetuò accusat, ut fontem ac originem omnium actualium peccatorum, quod est istius peccati præmissum proprium. Quapropter cum aliqui doctores & auditores concedunt, naturam Essentiamq; hominis, præsertim nobilissimam, esse quidem in sua Essentia corruptissimam, peruersissimam, extremeq; malam, non autem etiam esse peccatum: profectò non attendunt quid dicant: Neq; enim possibile est, rem tam prauam Deum non offendere, iramq; ac poenas eius mereri, & legi eius inconformem ac ab eadem damnatam esse: quæ est ipsissima ratio aut Natura peccati.

XV. Certum est, doctrinam de originali peccato, quidnam id sit, esse ob plurimas causas extremè necessariā: quo scilicet omnes sciāt, quisnam sit ille tam prauus, adeoq; potenter in homine regnans Tyrannus, aut fortis armatus, contraq; Deum & eius uerbum, Spiritum, & nouum hominem ardentiissimè militans, omnesq; prauos motus, cupiditates & peccata actualia in nobis excitans, eaq; membris nostris imperans, & per ea peragens: cuiq; præcipue repugnare acerrima militia per totam uitam omnes Christiani teneantur: de quo etiam conteri & pœnitere, deniq; tum condonationem eius, tum etiam expurgationem, mortificationem & abolitionem assidue petere à Deo debeant.

Certum quoq; est, Spiritum S. eam doctrinam in scripturis clare ac diserte tradidisse: quo omnes tam necessariam rem, tantumq; suum hominem cognoscere possent. Quid si Deus toties, totq; modis accusans ipsam peruersissimam hominis Essentiam (præsertimq; nobilissimas, regnantesq; eius uires aut partes, ut Cor, Mentem, Intellectum, &c. Illisq; obiectiens, quod sine thesaurus, Origo, ac fons omnium actualium peccatorum) non uoluit clare diserteq; ostendere ac docere ipsum originale peccatum, quidnam illud sit: quando tandem id docuit: aut unde potuit Ecclesia cognoscere tam extremè saluti hominum necessariam doctrinam?

XVI. Mirum profectò etiam ualde est, & simul incertum, quid tandem egerit, aut uoluerit efficere, uel docere Deum accusando, Essentiam ipsam hominis, ut rem pesimam: & insuper asserendo, illam ipsam esse

esse per sece suave natura inde ab ipsa infantia & ex utero matris per-
uersissimam, idq; non ob prauam aliquam institutionem & consuetudi-
nem improborum, (ut semper homines, praesertim Pharisæi, aliq; Hy-
pocritæ et Philosophi sunt arbitrati, docueruntque) atq; adeò esse fonte,
thesaurum, causamque primariam omnis mali actualis: Si non uoluit il-
lis ipsis adeò uehementibus dictis, seuerissimis concionibus & accusatio-
nibus expresse asserere, istam ipsam peccimam arborem aut Essentiale
imaginem, esse illud ipsum summum malum, nempe originale peccatum.
Num ergo Deus temerè aut iocandi gratia exaggerauit magnitudinem
illorum malorum, accusando ipsam nobilissimam hominis Essentiam ui-
resquè, ut summa quædam ipsiusque aduersissima mala.

XVII. Omnis profecto Dei ac legis accusatio rerum humanarum
(sive sint actiones, sive passiones, cessationes, aut defectus, motus interni,
sive cogitationes, habitus, inclinationes, aut quecunq; demum alia Ac-
cidentia aut Substantiae,) eò spectat, ut nobis summus ille Iudex, exal-
tata in star tubæ uoce, disertissime ac ueluti digito monstrat nostros illos
ipsiusque summos hostes, peccata scilicet nostra: quò ea dolore, depreca-
ri, deuitare, eisque resistere, ac deniq; ea praesertim autem istum peccati
miserabilem Adamum aut regem peccatum per omnipotentem DEI
regenerationem, & Spiritus S. operationem à nobis amouere ac amoli-
ri possumus. Si hunc finem scopumq; accusationum legis Dei q; Acciden-
tarij non admittunt, tum tota legis concio fit inutilis & ociosa. Quis en-
im alijs potest esse usus accusationum Dei et legis, rerum humanarum,
si hic ipse non est?

XVIII. Quando Deus in homine expresse ac diserte accusat pes-
simam nostram Naturam ac Essentiam, ueterem animalemq; hominem,
Mentem corruptissimam, Cor lapideum, Carnem, Figmentum cordis,
& Sensem carnis: tum isti conantur nobis persuadere, ut discedamus à
disertissimis uerbis Spiritus sancti, & pro illa ipsa disertissime nomina-
ta, et ueluti digito monstrata prava Essentia, cōminiscamur, nescio quod
commentitiū Accidens, toxicum, aut philtrum, stercus & uenenū in Es-
sentia latitās, quod sit illud Deo exosum, et ab ipso tantoperè accusatum
malum. Quod profecto est non solum Epicuræa profanitas, tam petulan-
ter discedere ab expresso uerbo uiuentis Dei: Sed etiam planè blasphem-
ia contradictione contra Spiritum S. Ille enim clarissime nominat, mon-
strat, & accusat ipsam Essentiam, ut summum & Deo aduersissimum,

ne maxime hostile malum, et quidem ut originem & scaturiginem omnium aliorum malorum. At isti contra nos spiritui Dei reclamant, dicentes: Non ipsam & hominis Essentia, sed quipiam ipsi inhaerens, ac in ea latitans, est illud summum malum. Nam ipsa hominis Essentia, quantumvis iam sit corruptissima, est nihilominus per se optima, legi Dei conformis, & omnino in conspectu Dei irreprehensibilis. Quid queso est Spiritum S. per summum nefas mendacij arguere, si hoc ipsum non est? Taceo quod est plus quam palpabilis contradictione dicere Essentiam hominis esse rem corruptissimam & tamen adeo non esse peccatum, ut sit etiam per se optima.

XIX. Verum Spiritus S. disertissime istam ipsam blasphemiam suae doctrinæ corruptelam redarguit in eo, quod illas ipsas accusatas Essentialias mortificari & tolli, ac amoueri, suo tamen spirituali modo, ut res pessimas, iubet, præcipiens mortificare & crucifigere carnem, excusare, & sepelire ueterem hominem, abolere corpus peccati, excindere cor lapideum & Adamantium. Iam necesse est id quod in regeneratione tollendum, ac ex oculis conspectusq; Dei amouendum est, esse ipsummet peccatum Originale. Nam id propriè malum, idquè opus Diaboli aut hæc pestis à filio Dei in regeneratione destruitur & amouetur. Verum ista excisio aut depositio istorum Essentialium malorum fit non per artem modumque carnificum aut lamitorum, uel etiam Chirurgorum, ut isti carnales homines opinantur, aut etiam aduersarij nostri nos calumniantur. Sed sic amouentur illa mala, sicut ab initio uenerunt aut exorta sunt: nempe, sicut initio extitit in homine uetus iste Adam per illam primam montem, seu ineffabilem quandam transformationem optime arboris in pessimam: ita nunc rursus amouendus est per Christi uiuificationem, aut resuscitationem, regenerationemq; & nouam novi hominis creatione omnipotentia Spiritus sancti effectam: quod est contra istos Nicodemitas & Philosophotheologos calumniatoresq; diligentissime obseruandum. Sed ad rem.

XX. Cum igitur Deus istas prauas Essentialias, antea tantoperè accusatas, nunc insuper iubeat amoueri, non tantum ab Accidentibus quibusdam nos liberari aut altreari: manifestissimum certe est, ista ipsa essentialia mala esse illud summum ac originale malum, de quo disceptatur, & non aliquod ficticium Accidentiariorum toxicum, philtrum, aut uenenum à Satana effectum, & in hominem ab extra infusum, & etiamnec ad Naturam accedens, ut est in disp. V Vigandi, 65. Quan-

xxI. Quando toties scriptura, tamq; serio Essentiam hominum depingit aut exprimit, uel etiam indicat per pessimam uenenatissimam quæ arborem, aut uitem Sylvestrem Sodomiticamq; per teturum sermentum, Zizania, plantationem Sathanæ: quando item homines uocat imaginem terreni Adami contrariam imagini Dei, carnem concupiscentem contra Spiritum, sensum carnis Deo inimicum, cor distortissimum & Thesaurum inexhaustum omnis mali, semen antiqui illius serpentis, genimen uiperæ, Intellectum sese contra Deum hostiliter efferentem, Araneas, Aspides, Serpentes, Dracones, Basiliscos, filios Diaboli, & ex patre Diabolo, Satanæ, & deniq; naturales hostes Dei: cumquæ Petro Act. 10. Deus in uisione depingit homines per serpentes, & alias immundas uenenatissimasq; bestias: tum sanè multò maius quiddam dicit, quam si simpliciter eos uocaret peccatum: & tunc omnino ipsum originale peccatum exponit indicatq;. Nam peccatum aliud alio leuius est, potestq; sine alijs prauis effectis existere, & cadit etiam in sanctos, inq; ipsos met filios Dei in hac uita: At ista tam horrenda nomina & criminæ, quæ modo enumeravi, quæq; innumeris uicibus, in scriptura de bonis Essentiæ inculcantur, nequaquam cadunt in uere renatos pios innumeraq; mala pariunt. Quare istis appellationibus Spiritus sanctus frequenter in scripturis inculcantis, omnino indicauit ipsam hominis corruptissimam Essentiam, præsertim autem istud seruum arbitrium, esse illud originale malum, unde omnia alia mala oriuntur, seu orig. peccatum.

xxII. Sacraenta quoq; præsertim illa hominem Deo primum initiantia, nempe Circumcisio & Baptismus (quæ significatione congruunt) peccata, præsertim illud primarium aut originale patefaciunt. Nam Circumcisio, teste Mose, indicauit, Cor ipsum pessima carne aut abdomine contectum, ut, (sicut Deus apud Isa. loquitur) uerbum Dei admittere & intelligere non posset, circumcidendi debere: ut fieret intelligens & recipiens uerbum creatoris sui: Significauit etiam, hominem esse contectum pessima quadam imagine ueteris Adami aut corpore peccati & mortis, immo & mortuos esse in præputio carnis suæ, quod ipsi diuina beneficentia ac omnipotentia sit per illam internam Spiritus S. Circumcisionem detrahendum, Col. 2. Vbi Apostolus coniungens utriusq; sacramenti significationem ac etiam operationem, dicit nostrum ueterem hominem per Baptismum esse cum Christo sepultum, & nouum hominem cum eodem resurgere. Sic & Lutherus notionem circumcisionis declaravit,

rauit, quod significauerit, Deum totam priorem Natiuitatem, totam
quæ illum ueterem hominem damnare, ut sibi abominabilem, nouamque
Natiuitatem, & nouum hominem flagitare. Indicauit igitur Deus eo
signo, se adeò detestari istum prauum foetum, ac etiam ipsum semen, una
de sit formatus, ut ipsum quoq; quasi fontem, unde ueniat, damnet, &
abscindi destruiq; iubeat, & ex sua religione cultuq; excludi & abiici
uelit. Sic & Rom. 6. & in communibus Baptismi præcationibus &
declarationibus dicimus, immersionem illam in Baptismo significare
submersionem ueteris Adami, sicut olim Pharaao & primum illud carnal
le peccatumq; saeculum est in mari & diluvio submersum: & contra no
num spiritualēq; hominem debere ibi emergere, sicut nouus populus Dei
in arca ex Diluvio, & Israel ex mari Rubro, pereunte Pharaone, emer
sit. In utroq; ergo isto initiatorio Sacramento ostensum est, ueterem na
turam aut Adamum prauamq; istam imaginē, in qua ab illis primis, iam
quæ destractis imperfectisque parentibus geniti sumus, uerè coram DEO
prauam abominabilēq; & peccatum esse: & quidem illud ipsum pecca
tum, quod est origo omnium aliorum. Sic igitur & per Sacra menta pec
catum patefit.

xxIII. Illa quoque Regula in omni consideratione uerbi Dei,
præsertim autem in prædicatione legis ac contritionis, sicut & Euange
lij ac fidei serio obseruanda & examinanda est, quod Spiritus S. arguen
do aut consolando, non agat ociosè & speculatiuè cum Platonicis idæis
aut abstractis, sed cū singulis individuis, præsentibuiq; ac corā existenti
bus hominibus. Quod etiā ideo moneo, quia Ienenses in suo Flickwerck
ternione Y. concedunt Lutheri expositionem Ro. 7. quod illud malū
adhærens renato homini, & illud regnans peccatum, omnia actualia pa
trans, sit ipsem carnalis homo. Hoc ipsum est, de quo disputatur, quod
ipsam carnalis corruptaque natura sit illud Tyrannizans peccatum.
Verū illi mox iubent distinguere inter hominē, & hominē carnalem aut
corruptum. Respondeo, Homo nec corruptus nec integer, nihil in rerum
natura est, sed tantum somnium Ideæ. Distinguat igitur ipsi uel mille
annis, & ociosè abstractum aut idæam hominis cum Metaphysicis con
templentur & speculentur. Nos sequimur Spiritum S. qui non confide
rat aut accusat hominem in idæa uel abstracto, quod merū somnium est:
sed ipsa individua, nempe, me, te, siue illum & aliud quemvis carnalē
corruptumq; hominem, docetq; eius intimam et nobilissimam regnantem
quæ Es-

què Essentia esse illud male dominans peccatum, omniaque actualia sua
scitans. Quare ista est tantum Sophistica quedam uerbi. DEI ueritatisque clusio: ad quam tanquam ultimam ancoram isti Pelagiani, cum
conuicti constrictiq; tenentur, instar sèpiè atramentum offundentes cō-
fugiunt.

XXIII. Quoties Scripturæ nobis mandant aut promittunt
noui cordis aut noui hominis acquisitionem, Regenerationem, Viuificationem,
Resuscitationem spiritualem, nouam creaturam, spiritualem hominem,
aut cor, Renovationem spiritus mentis, cor intelligens, & con-
formationem cum filio Dei: præterea natuitatem ex Deo, & nouum
imaginem illius coelestis Adami, participationemq; diuinæ naturæ: toties
per Antithesen ostendunt & clamant, ueterem hominem, prauamq; ista
Essentiam aut Adamum esse rem legi Dei inconformem, Deoquè exos-
sam, abominabilem, & ideo uerum peccatum. Non enim Spiritus S. nouam
natuitatem idq; ex Deo, Naturam aut creaturam tantopere re-
quireret, nisi hanc præsentem naturalemq; ut sue legi inconformissimā,
sibique abominabilem ac ex patre diabolo & uerum peccatum rejiceret
detestareturque.

XXV. Quando Christus Nicodemum, magnificè de humana na-
tura, tanquam ad omnem iudiciam ac pietatem idoneam, cum omnibus an-
lijs Philosophis, Pharisæis, Monachis & Hypocritis sentientem, refun-
dat, ostendens hanc Naturam & Essentiam hominis adeò esse prauam,
distortam, & malè formatam, ut sit Deo eiusq; legi penitus inconfor-
mis & abominabilis, utq; etiam ipsum hominem impedit, ne unquam in
regnum cœlorum intret, eoq; omnino ipsum oportere prorsus regenera-
ri & ineffabiliter transformari: quid tandem aliud uult eum docere,
quam ipsam eius Essentiam esse peccatum. Cum etiam dicit, ipsum esse
carnem & planè omne id, quod est ex carne natum, esse carnem, quid a-
liud dicere uult, quam esse rem Deo & legi eius inconformē aduersam-
què, eoquè uerissimum peccatum? Sanè ipsem Heshus. ibi per carnem
intellexit peccatum, inquiens, was aus Fleisch geboren ist/das ist
Sünd.

XXVI. Postremo loco ponatur illa uel præcipua & totius legis
summaria regula Schmalcaldicæ Synodi: Quod Scriptura & Spiritus
S. arguens totum mundum de omnigeno peccato, id omnino agat spectet-
que, ut omnia concludat, aut etiā conclusa esse, liquidò demonstret sub-

D regno

regno tituloquè peccati. Differunt enim ibi illi præstantissimi Patres copiosè contra Sophistas, subtiliter Naturam Essentialisq; uires à peccato separantes & excludentes, quasi ipsa Essentia per se bona esset, ut Pelagianum istu l Antidotum saepius afferit: statuuntq; nequaquam esse ita acutè rimandum & distinguendum ac quasi dispungendum, quidnā peccatum sit, aut non sit, ut Accidentarij Sorbonistas sequendo faciunt, sed potius indubitanter statuendum, omnia nostra esse peccatum, non tantum quicquid agamus, dicamus aut cogitemus, sed etiam omnino quicquid SIMVS: Hoc enim aiunt esse ad ueram prædicationem legis & pœnitentiæ omnibus modis necessarium. Quare loco conclusionis harum regularum id teneamus. Quod omnes simus natura tum hostes Dei, Rom. 5. & 8: 1. Cor. 2. Col. 1. tum etiam Natura ipsa filij iræ, dum natura ipsa meretur & prouocat iram Dei, tanquam uerissimum peccatum: Præterea quòd simus pessimæ arbores & plantationes Satanæ, filij què diaboli. Quomodo igitur non omnia nostra essent uerissimum peccatum?

Quicquid est legi Dei inconforme, est peccatum, testibus scriptis Accidentariorum. Corrupta hominis Natura est legi Dei inconformis: Igitur corrupta hominis Natura est peccatum. Hoc argumentum à definitione Ioannis sumptum, istos soluere non posse, inde manifestissimum est, quia ad uaniissima & palpabilia mendacia eludendi causa profungiunt, dicentes, nos affirmare, ἀνομίαν iniquitatem in Ioanne significare Substantiam: item, substantiam & peccatum esse terminos Synonyms, imo etiam conuertibiles: quæ impura figura nuncquam nobis in mentem uenerunt. Vide meam confessionem fol. 107. & 201. Res fut. Antid. G 3. mox initio, ubi emenda textum sic, quòd dicam, Anomiam iniquitatem significare substantiam: quod impudentissimum mendacium, &c.

xxVII. Huic uerissimæ ac immotæ doctrinæ ueritatis, opponunt Accidentarij hoc Sophisma. Non quicquid accusat Deus aut Lex, malum esse dicit, est peccatum, sed tantum id quod PER SE accusatur, est peccatum: non autē id, quod per Accidens seu ob aliquid accidens accusatur, aut est malum. Iam hæc præsens Essentia hominis non per se accusatur, aut mala esse à Deo dicitur, sed tantum ob malum uitium aut Accidens illi per se optimæ ac legi Dei conformi Essentiae inhærens. Respo deo primum ad ista restrictionem Maioris, quod nuncquam ista doctrina

aust



aut definitio Apostolica peccati sit sic uiolenter restricta. Semper enim
ipsimet Antagonistae ita simpliciter recitauerunt illam Apostolicā de-
scriptionem peccati in genere: Quicquid est inconforme legi Dei, est pec-
catum, non addita ista exceptione, Quod autem per se aut per Accidens
sit inconforme. Non igitur est ullo modo admittenda ista noua & perni-
ciosa istius uniuersalis Regulæ uiolatio: quæ, sublata uniuersali regula
normaq; iusti ac mihi totam patefactionē peccati facit incertissimam.

Secundò ipsimet post alios Doctores coguntur tandem concedere,
quod etiam ea, quæ per Accidens sunt mala, et Deo legiq; eius inconfor-
mia, sint nihilominus uera peccata, Vide Antid. fol. 209 & disputationem
Heßh. 112. præsertim autem super Rom. 8. Quare ista exce-
ptio per se & per Accidens pugnat cum istorum proprijs, & quidem re-
centibus scriptis.

Tertiò, Deus ac eius S. Spiritus passim accusat istam ipsam prauam
Essentiam grauiissimè & simpliciter, sine omni exceptione. Imò etiam
testatur, eam esse illud ipsum malum, quod à nobis amoueri, mortifica-
ri, exui, crucifigi, & aboleri debeat. Quare ista præsens Essentia est
iam per se mala. Alioqui Spiritus sanctus optimus docendi Magister
proculdubio etiam distinxisset, & dixisset, Non ipsam Essentiam opti-
mam Dei creaturam accuso: Hoc enim esset, (ut Accidentarij clamāt,) blasphemia in Essentiæ creatorem: sed illud malum Accidens isti tamen
optimo subiecto inhærens: Quod tamen ille nusquam in tanto sacrorum
Bibliorum uolumine facit, credo quia nondum istam nouam sapientiam
ab Accidentarijs didicerat.

Quartò ipsimet se in isto suo Sophismate redarguunt, contendentes
ipsammet Essentiam hominis in se & per se iam esse longè corruptissi-
mam, destruciissimam, & depravatissimam, nō tantum in Accidentibus,
aut etiam ratione accidentium, imò etiam esse mortuum cadauer: Quo-
modo enim illa non esset in se & per se pessima? An corruptum seu putre
lignum, pomum aut pyrum, degener arbor uel uitis, putre subligar, cuī
conferimur, Iere. 13. fracta olla, Iere. 18 & putre cadauer antea uiuē
hominis, non est per se iam res mala ac foeda, & normæ uiui hominis in-
conformissimæ?

Postremò ubi manebit nostrarum Ecclesiarum doctrina, quod Lex
Dei non minus, imò etiam multò magis requirat, exigat, ac præcipiat
ipsam arborem aut Essentiam hominis Deo suęq; normæ conformem, uti

quandam gratissimam iusticiam aut uicilimam rationalem, Rom. 12. quā
fructus aut eius accidentia: quodq; etiam multò magis prohibeat & de-
testetur ac damnet istam pessimam arborem Essentiamq; lapidei cordis
& animæ nostræ seu mentis corruptæ, ut summam quandam iniusticiam
abominationemq; quam prauos fructus, habitus, inclinations, aut facta,
passiones aut omissiones. Quò deniq; tandem perueniet illa nostrarum
Ecclesiarum doctrina, quam etiam isti ualde inculcarunt, nihil prorsus
in homine esse boni, weder Har noch Haut / si adhuc tota Essentia est
per se bona, et legi Dei cōformis, ut istud Pelagianum Antidotū singit.
Hoc sane non erit illud tantopere à nostris exagitatum Modiculum bo-
num Erasmi, sed aliquid ingens. Verum contra istum errorem uide Con-
fess. latinam pag. 435. & 543.

Hactenus proposui quasdam Regulas de ratione cognoscendi pecca-
ta, præsertim Originale per legis prædicationem in scripturis propositā,
contra istas Satanæ Pelagianorumq; imposturas, tum legis uerum sen-
sum, tum & nostram pessimam Deoq; aduersissimam simul & odiosissi-
mam naturam obscurantes.

Differui alioqui de hac prædicatione legis, indicatione peccati, &
uero sensu legis ac Decalogi in disputatione de iustificatione, in libello
Detractio uelaminis Mosis, & in Demonstrationibus de originali pec-
cato, pag. 129. uide igitur ibi copiosius.

Verum tota ista uita assiduaq; pessimorum fructuum aut actualium
peccatorum copia abundè testatur, arborem ipsam, Naturamq; nostram
peruersissimam, esse illam ueram unicamq; originem omnis mali actua-
lis, quam nominamus originale peccatum, & quod (sicut Modernus Poe-
ta inquit) Natura ipsa sit, quæ hominem non sinat esse probum, non ali-
quod Accidens ei affusum, agglutinatum aut illitum. Gentiles quoque
ipsamet experientia cognoverunt, Naturam ipsam hominis esse proclia-
uem à labore omniq; recto conatu ac facto ad libidinem, & omnem ne-
quitiam: quæ natura etiamsi furca expellatur, tamen usq; recurrit.

Tot etiam leges et castigationes uerbales & reales, non tantū Dei,
sed & parentum, præceptorum & Magistratum euidentissime ostend-
dunt, esse immensam naturæ nostræ improbitatem, quæ tot carceribus,
frenis, catenis ac poenis sit necessariò cohibenda, coercenda & colligan-
da ac constringenda: sicut præclarè Satyricus inquit: Tolle peccatum
aut poenam, Iam uaga profiliat frenis natura remotis.

Furo

Furor ergo profectio, non error est, contendere illud originarium meum, unde omnia alia orientur, esse non ipsammet corruptam Naturam seu Essentiam nostram, intellectum nempe cœcum, & mentem peruersissimam, sed quoddam ei affusum, illitum aut agglutinatum Accidens, quod quidem nec isti ipsi Magistri Patresque aut Poetæ istius ipsorum Chimeræ aut (ut Musæus rectissimè uocauit,) Chaos, quidnam sit, explicare possunt, ut initio compediariæ expositionis enumeratis ipsorum contradictorijs sententijs ostendi.

Dolendum uero toto pectori, & inexhaustis lachrymis deplorandum est, tantam controuersiam in Ecclesia Dei tam nefariè agi, aut potius inuolui. Primum enim ab ipsis maliciosissime peruertitur principalis status, ut in pluribus Scriptis dudum ostendi, Vide initium Refutationis Antidotij: Vide item Titulum confess. Irenæi: Vbi ille simpliciter indicat, se uelle edere confessionem de illis duabus sententijs, non addens, utrum illirum & quatenus probet uel improbet: sed postea exactissimè exponit, de quanam sententia propriè lis sit, & quid, & quatenus ipse sentiat aut probet. At contrarium Flickwerck sine fine fingit, mentionatur, & tumultuatur, quod mox in titulo professus sit, se uelle illam sententiam sic nudam & incircumscripam, peccatum est Essentia, tueri. Taceo nunc alias istorum nequissimas fraudes ibidem in principalis propositionis inuersione adhibitæ.

Sic quoque vanissimè fingunt, multos meos impressos libellos habere hunc titulum de Essentiali peccato, cum nec unus quidem sit.

Deinde sine omni fronte ac conscientia fingunt & uociferantur, nos Manichæum errorem aut furorem tueri, quem ego statim in illo primo scripto ante sexennium edito uebementissimè damnaui. Quod ut tanto magis imperitis et negligentibus persuadeant, complura meorum scriptorum loca, ubi disertissimè et uebementissimè nego, Satanam esse creatorem, istumq; errorem damno, ita audacissimè peruertunt, quasi ibidem clarissimè affirmem, Satanam esse creatorem. Quid ô bone Deus hac plusquam diabolica calumnia maliciosius excogitari posset?

Tertiò ueram originem istius controuersiae inde à Sophistis per Lutherum, piæ memoriæ, et Synergistas ad nos deductæ maliciosissimè occulant, falsamq; audacissimè configunt, quo nos ac ueritatem prægrauët,

D 3 nec



Nec apparet ipsos Papisticam Sophistarum hæresin tueri: ut in libello Angelus tenebrarum detectus, copiosius exposui.

Quartò ingens Chaos teterrimorum et plane horribilium figmentorum sine omni fronte contra nos euomunt, ut in pluribus scriptis evidenter ostendi. Cuiusmodi sunt, quod negem Christum fuisse uerum bonum, quod negem filium Dei ea bona operari, quae nunc per secundas causas fiunt.

Quinto, scripturæ & Lutheri aliorumq; dicta violentissime corrumpunt. Videatur mea responsio de sententia Augustini in fine Refutationis M V S A E I.

Postremo, ne plura enumerebam ipsarumq; atroces persecutio[n]es tandem, impediunt Accidentarij importuniissime & fraudulentissime omnē legitimam Christianamq; disputationem ex uerbo D E I de ista tanta controuersia: cum toties sint ad eam prouocati & inuitati.

Hinc fit, ut errores & scandala sine fine modoq; crescant. Quæ reu primat tollatque omnipotens ille benignissimusq; pater ob dilectum filium suum Dominum Iesum Christum, unicum seruatorem & intercessorem nostrum, cui de tam immanibus furoribus, erroribus, scandalis, & turbis istorum, cum omnibus uere pijs dies ac noctes ardentissimis gemitibus conqueror. Reprime eos fili Dei ob misericordiam, gloriam, & heritatem tuam, qui promisisti, te nos non deserturum orphanos, sed adsuturum, ut fortissimum propugnatorum usque in finem seculi.

SIC V T



SI cut in Aldenburgo colloquio Theologi tunc rectius
sentientes, constanter professi sunt asserueruntq; secū-
dū sua priora scripta, Lutheri & Schmalcaldicos articu-
los, Totum hominem esse ein vnfletiger Klump der Sünden/
vnam immundam massam peccati: ita Augustin. quo-
que sāpius similiter pronunciando facit. Verba eius hæc
sunt: Ex quo ergo in Paradiso natura nostra peccauit, ab
eadem diuina prouidentia non secundum cœlum, sed se-
cundum terram, id est, non secundum Spiritum, sed secundum
carnem mortali generatione formamur, & omnes v-
na MASSA luti facti sumus, quod est MASSA PECCATI,
&c Et in lib. ad Simplicianum: Sunt igitur omnes homi-
nes, quādoquidem vt Apostolus ait, in Adam omnes moriuntur, à quo in vniuersum genus humanum origo duci-
tur offensionis Dei, VNA quedam MASSA PECCATI sup-
plicium debens diuinę summęq; iusticię. Et mox: Ille cui
Deus subuenit, & ille quem deserit, ex eadem Massa sunt
peccatorum. Quomodo ibi essentia hominis non esset ve-
rum peccatum, & quidem illud originale, non actuale, vbi
totus homo est vna quedam impurissima Massa peccati.
Idem libro de Ciuit. Dei 15 cap 7. exprestissimè affirmat,
actualia quidem peccata esse accidentia, sed originale esse
partem hominis prauè concupiscentem. Contendit quo-
que passim in suis libris contra Manicheos, peccatum non
esse quidpiam effectum à diabolo, & in bonam hominis na-
turā infusum: sed extitisse ex ipsamē natura per eius im-
mutationem, quia esset condita cōmutabilis. Inquit enim
inter alia: Laborat Manichæus, vt ostendat ex bono DEI
opere Malum (id est, peccatum) oriri non posse: vt quod
ipse vult, Malum (id est, peccatum) nisi ex malo (Diabolo)
esse non posse credatur. Talia sunt apud eum innu-
mera. Accidentiariorum igitur sententia tam
pertinaciter inculcata de veneno diaboli
ab extra infuso planè Mani-
chæa est.

F I N I S.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-502675-p0036-2

DFG



Farbkarte #13

Inches Centimetres

	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Blue																			
Cyan																			
Green																			
Yellow																			
Red																			
Magenta																			
White																			
3/Color																			
Black																			

B.I.G.

QVAEDAM
de praedicatione
cognitione Pec-
ditis Causis, cur
originalis peccati explican-
da sit:

MATTH. FL.
ILLYR.



D. M. LXXIII,

H 10

1606

11

